

**MASS PROPER: OCTOBER 25, STS. CHRYSANTHUS & DARIA,  
MARTYRS**

MASS (*Intret*) (red)

**INTROIT Ps 78:11; 78:12; 78:10**

Intret in conspéctu tuo, Dómine, gémitus compeditórum: redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum: víndica sánguinem Sanctórum tuórum, qui effúsus est. Ps 78:1 Deus, venérunt gentes in hereditátem tuam: polluérunt templum sanctum tuum: posuérunt Ierúsalem in pomórum custódiám. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Intret in conspéctu tuo, Dómine, gémitus compeditórum: redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum: víndica sánguinem Sanctórum tuórum, qui effúsus est.

**COLLECT**

Beatórum Mártyrum tuórum, Dómine, Chrysánthi et Dáriæ, quæsumus, adsit nobis orátio: ut, quos venerámur obséquio, eórum pium júgiter experiámur auxiliúm.. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE 2. Cor. 6: 4-10.**

Fratres: Exhibeámus nosmetípsos sicut Dei minístros, in multa patiéntia, in tribulatióne, in necessitatibus, in angústis, in plagis, in cárceribus, in seditiõnibus, in labóribus, in vigíliis, in jejúniis, in castitate, in sciéntia, in longanimitate, in suavitate, in Spíritu Sancto, in caritate non ficta, in verbo veritátis, in virtúte Dei, per arma justitiæ a dextris et a sinístris: per glóriam et ignobilitátem: per infámiam et bonam famam: ut seductóres et

Let the sighings of the prisoners come in before Thee, O Lord; render to our neighbors sevenfold in their bosom; revenge the blood of Thy Saints, which hath been shed. -- (Ps. 78. 1). O God, the heathens are come into Thine inheritance; they have defiled Thy holy temple: they have made Jerusalem as a place to keep fruit. V.: Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let the sighings of the prisoners come in before Thee, O Lord; render to our neighbors sevenfold in their bosom; revenge the blood of Thy Saints, which hath been shed.

May the prayers of Thy blessed martyrs, Chryanthus and Daria, be with us, O Lord, that we may continually experience the loving assistance of those to whom we pay homage of veneration. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: In all things let us exhibit ourselves as the ministers of God, in much patience, in tribulation, in necessities, in distresses, in stripes, in prisons, in seditions, in labors, in watchings, in fastings, in chastity, in knowledge, in long-suffering, in sweetness, in the Holy Ghost, in charity unfeigned, in the word of truth, in the power of God: by the armor of justice on the right hand and on the left: by honor and dishonor: by evil

verâces: sicut qui ignôti et cõgniti: quasi moriêntes et ecce, vívimus: ut castigâti et non mortificâti: quasi tristes, semper autem gaudêntes: sicut egêntes, multos autem locupletântes: tamquam nihil habêntes et ómnia possidêntes.

**GRADUAL Exodus 15. 11, 6.**

Gloriósus Deus in Sanctis suis: mirâbilis in maiestâte, faciêns prodígia. V. Dêxtera tua, Dómine, glorificâta est in virtúte: dêxtera manus tua confrégit inimícos.

**LESSER ALLELUIA Ecclus. 44: 14**

Allelúja, allelúja. V. Córpora Sanctórum in pace sepúlta sunt, et nómina eórum vivent in generatiónem et generatiónem. Allelúja.

**GOSPEL Luke 11: 47-51**

In illo témpore: Dicébat Jesus scribis et pharisæis: Væ vobis, qui ædificâtis monumênta prophetârum: patres autem vestri occidérunt illos. Profécto testificâmini, quod consentitis opéribus patrum vestrórum: quóniam ipsi quidem eos occidérunt, vos autem ædificâtis eórum sepúlra. Proptérea et sapiêntia Dei dixit: Mittam ad illos prophétas et apóstolos, et ex illis occidêntur et persecúantur: ut inquirátur sanguis ómnium prophetârum, qui effúsus est a constitutióne mundi a generatióne ista, a sâguine Abel usque ad sâguinem Zachariæ, qui périit inter altâre et ædem. Ita dico vobis, requirétur ab hac generatióne.

**OFFERTORY Ps. 67. 36.**

Mirâbilis Deus in Sanctis suis: Deus Israël, ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suæ: benedíctus Deus, allelúja.

report and good report: as deceivers, and yet true: as unknown, and yet known: as dying, and behold we live: as chastised, and not killed: as sorrowful, yet always rejoicing: as needy, yet enriching many: as having nothing, and possessing all things.

Glorious is God in His Saints, marvelous in majesty, doing wonders. V. Thy right hand, O Lord, is magnified in strength: Thy right hand hath slain the enemy.

Alleluia, alleluia. V.: (Eccli. 44. 14). The bodies of the Saints are buried in peace, and their name liveth unto generation and generation. Alleluia.

At that time, Jesus said to the Scribes and Pharisees: Woe to you who build the monuments of the prophets: and your fathers killed them. Truly you bear witness that you consent to the doings of your fathers: for they indeed killed them, and you build their sepulchres. For this cause also the wisdom of God said: I will send to them prophets and apostles; and some of them they will kill and persecute. That the blood of all the prophets which was shed from the foundation of the world, may be required of this generation, from the blood of Abel unto the blood of Zacharias, who was slain between the altar and the temple: Yea I say to you, It shall be required of this generation.

God is wonderful in His Saints: the God of Israel is He who will give power and strength to His people: blessed be God, alleluia.

**SECRET**

Pópuli tui, quæsumus, Dómine, tibi grata sit hóstia, quæ in natalítiis sanctórum Mártyrum tuórum Chrysánthi et Dáriæ sollémniter immolátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION Wisdom 3. 4-6**

Et si coram homínibus torménta passi sunt, Deus tentávit eos: tamquam aurum in fornáce probávit eos, et quasi holocáusta accépit eos.

**POSTCOMMUNION**

Mýsticis, Dómine, repléti sumus votis et gáudiis: præsta, quæsumus; ut, intercessiônibus sanctórum Mártyrum tuórum Chrysánthi et Dáriæ, quæ temporáliter ágimus, spirituáliter consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

May the offering of Thy people, we beseech Thee, O Lord, be pleasing to Thee; which is solemnly sacrificed on the natal feast of Thy holy martyrs Chrysanthus and Daria. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

And though in the sight of men they suffered torments, God hath tried them: as gold in the furnace He hath proved them, and as a victim of a holocaust He hath received them.

We have been filled, O Lord, with mystic desires and joys; grant, we beseech Thee, that, by the intercession of Thy holy martyrs, Chrysanthus and Daria, we may in spirit attain those things which in time we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.